82

Quo accepto nuntio omnes pariter se terrae prosternunt et lacrimosis suspiriis gratias agunt. Tunc domnus abbas fratres ad confessionem uocans, ut emundarent conscientias suas, uehementer admonuit, ne conspectibus tanti patris aliquod offensionis obstaculum occurrere potuisset. Quo pacto capituli conuentu omnes in uestiarium proruunt, et sic decenter albis et cappis induti procedunt; missarum sollemniis corde simul et corpore ornati insistunt. Euangelio uero pronuntiato, satis superque eminere cepit, quia pater benedictus secundum suam sponsionem sacris misteriis interfuit.

Nam septuaginta et quinque infirmi omnimode infirmitatis retinaculis tandiu nexi in ipsa missarum celebratione ab omni incomoditate liberati ad propria sunt regressi laudantes et benedicentes dominum, qui uiuit et regnat in secula seculorum. AMEN.

EXPLICIT ILLATIO.

Aurea personet lira clara modulamina; Simplex corda sit extensa uoce quindenaria; Primum sonum mese reddat lege ypodorica; Filomene demus laudes in uoce organica; Dulce melos decantantes sicut docet musica; Sine cuius arte uera nulla ualent cantica. Cum telluris uere noua producuntur germina nemorosa circum circa frondescunt et brachia; flagrat odor quam suauis florida per gramina; Hilarescit filomena dulcis uocis conscia et extendens modulando

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_reg_lat_586/0167